



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

xxi. De criminibus depositione, seu degradatione dignis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

De criminibus depositione, seu degradatione dignis. Cap. XXI.

SYMMARIUM.

- 1 Depositionis pena varia est, & variis ex causis infertur.
- 2 Depositio non nisi ob crimen graue fieri debet, aut solet.
- 3 Crimen quodcumque mortale depositionem non inducit.
- 4 Deponendus quis non est, nisi ob publicum, & notorium crimen.
- 5 Deponendus quis non est, nisi ob crimen in iure specialiter expressum.
- 6 Depositionis varia crimina ab auctoribus, tam antiquis, quam recentioribus enumerantur.
- 7 Dilapidator bonorum ecclesiasticorum deponendus est, & quis, ut talis habendus.
- 8 Simonia notoria causa sufficiens est depositionis.
- 9 Deponendus est Clericus Presbiter, aut Diaconus de fornicatione notoria, scandalo, & concinua conuictus.
- 10 Fornicatorijs Presbiteris, aut Clericis, varia pena in iure imponitur.
- 11 Concubinitus diu continuatus, & notorius, causa sufficiens est depositionis.
- 12 Ebrriatibus, aleis, & iocis inhonestis deserviens Clericus, post admonitionem non se emendans, deponi meretur.
- 13 Clericus adulationibus vacans.
- 14 Item Usurarius.
- 15 Vel publica incontinentia laborans.
- 16 Sine examine promotus.
- 17 Sceleratissime ordinans.
- 18 Aut relicta propria Ecclesia, sine Ordinarij licentia pinguior accipiens, deponendus est.
- 19 Clericus Episcopo inobediens.
- 20 Aut crimen in Ecclesia vniuersalis scandalum fouens.
- 21 Aut pecunia aliquem in Ecclesia supplantans.
- 22 Vel exercitium curie in aliena Ecclesia sine licentia usurpans deponi meretur.
- 23 Episcopus, aut Clericus ad iudicium laicum confugiens.
- 24 Aut sine licentia Episcopi altare erigens.
- 25 Aut una cum Iudeis blaneis utens.
- 26 Aut raptor puerorum.
- 27 Vbi in locis priuatis sine licentia Episcopi celebrans deponendus est.
- 28 Accusatus Clericus de crimine grauissimo, & interim pendente accusatione promotus deponendus est.
- 29 Sacerdos culpa sua parochianum suum sine baptismo morti permittens.
- 30 Aut ob notabilem insufficientiam deponendus est.
- 31 Clericus per assiduos quempiam Christianorum interfici faciens, aut eos receptans, vel defendens deponi meretur.
- 32 Clericus excommunicatus aut interdictus celebrans & monitus non desistens deponendus est.
- 33 Deponendus quis non est, nisi ob maximum crimen.
- 34 Crimen maximum depositione dignum quodnam sit, Iudex iuxta ea, qua in iure exprimentur, arbitrari debet.
- 35 Crimina a trocia dicuntur ea, quae ex legibus duodecim tabularum descendunt, & ob quae in iure civili pena capitalis imponitur.
- 36 Deponendus quis statim ob crimen graue non est, nisi sit incorrigibilis.
- 37 Incorrigibilis an quis sit ex quatuor praecipue cognosci potest, & quanam ea sint.

1 In hac re varia ponuntur Regulae a DD. Quia tamen varia est depositionis pena; quandoque enim quis deponitur ab administratione propter defectum scientiae; sicut Episcopus deponitur, c. *finis de etat. & qualit.* Quandoque quis ob negligentiam in regimine deponitur, vt deponitur Abbas, ca. *Si quis Abbas*, 18. q. 2. non de huiusmodi depositione hic agitur sed de ea solum, quia quis ab officio, beneficio, & ordine deponitur. Haec autem depositio non nisi ob crimen graue fieri debet, aut solet; Quoniam autem sit hoc crimen, inter se DD. non conueniunt. Quidam n. dicunt, ob quodcumque crimen mortale seu capitale Clerici deponendi esse, loquendo de rigore iuris sic Goffred. in summa tit. de cohab. Cleric. & mulier. & probat ex cap. *Si Episcopus*, dist. 50. & capit. *Si Diaconus*, d. 81. sed vt recte notat Panorm. in capit. *At si Clericus*, num. 34. de iudicijs, non debet quis attendere multum ad Canones antiquos, quia illi de facili imponebant penam depositionis. Nam vt valde singulariter inquit textus in c. *Fraternitatis tuae*, dist. 34. [nostri temporis aetas, quia non solum merita, sed etiam corpora defecerunt, censuram illius distinctionis, & antiquorum Canonum non patitur in omnibus manere.]

3 Alij, vt referunt gloss. l. dist. cap. 1. in verbo *& damnatione*, & gloss. in Summa, 14. q. 8. in verbo, *de vltima vero*, & Hostiens. in Summa, lib. 5. tit. de accusat. §. *Quis sit effectus*, vbi Tradunt autem, num. 14. & Panorm. in d. cap. *At si Clericus*, num. 34. de iudic. pro regula tradunt, quod omne crimen mortale inducit depositionem, nisi casus in iure sit exceptus. Sed neque vera est haec regula, quia odia, & penae restringendae sunt ca. *odia*, de reg. iur. lib. 6. non ergo addere debemus nos penam depositionis, sic enim pena ampliarentur.

Vt autem certi aliquid statuamus, regulas sequentes, ex communiore, & saniori DD. sententia apponam.

4 Prima est, Ob nullum crimen, nisi publicum, vel notorium sit, deponi quispiam debet, quae regula colligitur ex capitul. *ex tenore*, & capit. *finali*, de temp. ordin. & notant Panorm. vbi supra, & Summa Astenfis, pat. 2. lib. 7. tit. 17. artic. 6.

5 Secunda est, Propter nullum delictum deponendus est aliquis nisi in iure specialiter exprimat. Hanc regulam probant gloss. 8. d. & 15. q. 8. in Summa. cit. & Hostien. & Pan. locis proxime allatis. Alex. de Imola, in l. *scimus*, circa princip. Cod. de iure delib. l. 1. column. penult. C. de transact.

6 Quod si quaeras, quanam sint haec crimina, propter quae in iure imponitur depositio? Respondet gloss. in Summa, 15. q. 8. hoc non esse a Canone expressum, Hostiens. vbi supra, multa enumerat, sed nimis confuse, & sine textu, & auctoritate. Astenfis, in distinct. artic. 6. & cum sequatur Alphonsus Viualdus, tract. de Depositione, & Degradatione num. 1. enumerant 106. sed multa ab eis recensita non ita bene ex sacris Canonibus colliguntur, vnde praecipua crimina, ob quae quis deponendus est, haec sunt, quae iure exprimentur.

7 Primum est, dilapidator bonorum Ecclesiasticorum, ca. *Apostolicos*, 12. q. 2. Et si sit de dilapidatione suspectus, dari ei debet vir prouidus & honestus in adiutorem, vt habetur in cap. *Venerabili fratri*, & ibi gloss. in verbo, *Suspectus*, & in verbo, *Coadiutorem*, de offic. iudic. deleg. & facit cap. *Licet Heli* §. *Quia vero*, de Simonia, cui suspecto de dilapidatione, & ipsius coadiutori, interdicti debet omne alienationis genus, ex Panorm. in d. capit. *Venerabili*, numero 4. vbi ait, quod talis datio Coadiutoris Episcopi, ad solum Papam pertinet, & colligitur ex can. vnico, de Cler. agror. lib. 6. vbi plura de hac re traduntur. Qualiter autem probetur dilapidator, vide per Specul. in tit. de inquisit. §. Tertio, & in §. *Quid si reus*. Dilapidator autem bonorum Ecclesiae est praelatus, res Ecclesiasticas alienans, & male expendens. Bald. in capitulo 1. §. *fancimus*, quo tempore miles. Angelica, Syluest. & Tabiena, in verbo, dilapidator.

8 Secundus est, ob Simoniam notoriam, c. *De hoc autem*, & cap. *Ea quas*, iuncta gloss. in verbo, *periculum ordinis*, de Simonia.

Ter-

- 9 *Tertium est*, Clericus presbyter, aut Diaconus deprehensus in fornicatione, perituro, furto graui, aut homicidio, deponendus est, dist. 81. cap. *presbyter*, & cap. *si quis episcopus*, sed quia cap. *presbyter*, d. 82. contrarium dicit, scilicet, non esse deponendum, nisi deo communis DD. sententia est, ex glos. in cap. *Maximianus*, in verbo, *remoueantur*, & in cap. *si quis episcopus*, dist. 81. Goffred. in Summa, in titulo de cohob. Cler. & mul. & Panorm. in cap. *si Clerici*, num. 35. & Anton. ab eo cit. quod ob simplicem fornicationem quis deponi non debet, quia ut ait Gregorius dist. 59. in cap. *Quia sanctitas tua*, pauci sine vitio incontinentia reperiuntur. Quod si ipsa fuerit admodum qualificata, vt notoria, scandalosa, aut diu continuata, tunc licet videatur digna depositione, relinquatur tamen arbitrio Iudicis, vt quam penam velit, contra talem imponat. Cum enim infra varias imponant penas contra hoc crimen, vt ibi refert Panorm. num. 35. relinquatur Iudicis arbitrio considerationis circumstantijs, scandalo, & consuetudine patrie, apponatur penam quandoque depositionis quandoque suspensionis ab officio, & beneficio, argu. cap. *Quam sit graue*, de excess. prelat. quandoque prius moneatur, quandoque sine monitione prius, ex quo constat de delicto, videtur enim data ei optio quam penam apponere velit, ex quo varias penas, & modos procedendi a iure reperimus traditos, ex glos. in cap. *Fraternitatis*, in verbo, *Pro fessura*, d. 34. argu. cap. *De causis*, & illis etiam, de offic. deleg. & glos. in Summa, 21. q. 2. in verbo, *Quia vero*, & in cap. *arapula*, in verbo, *Vel beneficio*, de vita & honest. Cleric. & Panorm. in d. cap. *si Clerici*, nu. 36. de iudic. semper tamen partem benigniorem sequatur.
- 11 *Quartum est*, concubinitas diu continuata, & notorius, & perseuerans post monitionem; Item stuprum virginis, vel etiam cum filia spirituali, facit pro hoc ca. *si quis episcopus*, & ibi glos. in verbo, *deponatur*, & ca. *virginibus*, & cap. *si qua monacharum*, & cap. *si quis rapuerit*, 27. q. 1. & cap. *omnes*, & cap. *si quis sacerdos*, & cap. *non debet*, 30. q. 1. Panorm. in cap. *si Clerici*, numero 35. & de Iudicij, Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 248. & Henriquez li. 13. de excom. & interd. ca. 55. §. 5. maxime si Clericus in factis fuerit.
- 12 *Quintum est*, Clericus ebrietatibus, aleis, & alijs iocis inhonettis deseruiens, si monitus non desinat, deponendus est, dist. 35. cap. 1. & ibi glos. in verbo *aut desinat*, & c. *Nulli*, dist. 42.
- 13 *Sextum est*, Clericus qui adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, c. *Clericus*, 1. d. 46.
- 14 *Septimum est*, Clericus vsurarius etiam deponendus est d. 47. c. 1. & 2. & c. *si quis Clericorum*, ead. d. & c. *Quoniam*, 14. q. 4.
- 15 *Octauum est*, Clericus publica incontinentia laborans, c. *Maximianus*, dist. 8.
- 16 *Nonum est*, Qui sine examine promouentur, dist. 24. c. finali.
- 17 *Decimum est*, Qui scienter criminosos ordinauit, c. *Tantis*, dist. 81.
- 18 *Vndecimum est*, Qui relicta propria Ecclesia absque Prelati licentia pinguiorem acceperit, 7. q. 1. c. *si quis presbyter*.
- 19 *Duodecimum est*, Clericus Episcopo suo inobediens, quicquid insidias, contumeliam, vel contumacia in proprium Episcopum contulerit, c. *si quis Sacerdotum*, 11. q. 1.
- 20 *Decimum tertium est*, Qui publice crimen aliquod in vniuersalis Ecclesie scandalum fouet, c. *sim*, 2. q. 1.
- 21 *Decimum quartum est*, Qui pecunia aliquem in Ecclesia supplantauit, ita vt ipse in locum eius Simoniaci successerit, c. *Presentium*, 7. q. 1.
- 22 *Decimum quintum est*, Exercitium curae in aliena Ecclesia sine licentia vsurpans, c. *Nullum*, 9. q. 2.
- 23 *Decimum sextum est*, Episcopus, aut Clericus ad Iudicium Imperatoris confugiens, c. *si quis presbyter*, 11. q. 3. & c. *si quis Episcopus*, 23. q. 8.
- 25 *Decimum septimum est*, Qui sine licentia Episcopi altare in Ecclesia consecrata erigit, c. *Nullus presbyter*, de conf. d. 1.
- 25 *Decimum octauum est*, Clericus viens vna cum Iudaeis balneis, medicinis, & huiusmodi, ca. *Nullus eorum*, 28. q. 1.
- 26 *Decimum nonum est*, Clerici raptores puerorum, & consentientes, eos, & c. *de puellis*, 36. q. 2.
- 27 *Vigesimum est*, Celebrans in locis priuatis sine licentia Episcopi, c. *Clericos*, de conſec. dist. 1.
- 28 *Vigesimum primum est*, Qui accusatus de aliquo grauisimo crimine, pendente accusatione promouetur, glos. in c. *Tantis Daniel*, in verbo, *obrepfit*, d. 81. iuncto c. *conuictus*, de accusat.
- 29 *Vigesimum secundum est*, Sacerdos permittens culpa sua parochianum suum mori sine bapuzimo, de consecr. d. 4. c. *Quicumque*.
- 30 *Vigesimum tertium est*, Clericus ob notabilem insufficientiam, c. *fin*, de atat. & qualit. ordin. & glos. in ca. 1. in verbo, *insufficientem*, de Renunciat. lib. 6.
- 31 *Vigesimum quartum est*, Faciens per assassinos quempiam Christianorum interfici, aut eos receptans, vel defendens, vel abscondens, capitul. *Pro humanis*, de homicid. lib. 6.
- 32 *Vigesimum quintum est*, Clericus interdictus, & excommunicatus celebrans, monitus non desistens, c. *Clerici*, & ibi glos. in verbo, *Moniti*, de Cleric. excom. ministr. Et quomuis alla adduci possunt, haec tamen praecipua sunt, quae iure Canonico colliguntur.
- 33 *Tertium est*, Nullus deponendus est nisi ob maximum crimen; colligitur ex 6. q. 7. capitul. *inuentum*, ubi non priuatur quis beneficio nisi ob maximum crimen, & ca. *Tus*, de penis, dicitur, *Clericum non debere deponi nisi pro atrocibus, vel alijs magnis sceleribus*, & fauet glos. in cap. *ma*, in verbo, *supplicatur*, 1. q. 3. Panorm. in c. *si Clerici*, §. 1. nu. 34. Cepoi. consil. 1. Anchar. consil. 26. Summa Ateensis par. 2. lib. 7. tit. 17. art. 6. Nau. in Man. c. 27. nu. 248. Henriquez lib. 13. c. 55. §. 5.
- 34 *Quod si quartas*, quae sint maxima crimina quoad praesens? Respondeo cum Panorm. ubi supra, non posse dari certam Regulam, sed informare debet Index animum suum, ex ijs, quae in iure exprimentur; arg. l. Non possunt, ff. de leg. & Constit. quia de similibus ad similia procedi poterit. Notandum tamen est ex eodem Panorm. quod Iudex non ita facile iudicatio debet secundum Canones antiquos, quia illi de facili imponebant penam depositionis, & iam fere in desuetudinem abierunt.
- 35 *Adde autem ex glos. in l. 1. C. de re iuris, & l. 1. ff. de leg. & glos. in l. Ad ea*, ff. de reg. iur. crimina atrociora vocantur ea quae ex legibus 12. tabularum descendunt, & ob quae imponitur pena capitis, vt verbi gratia furum magnorum, vel aliud graue damnum in praedictum alterius, vel Reipublicae, homicidium adulterium, & huiusmodi & facta cap. 1. dist. 81. maxime, quando crimen illud est notorium, publicum, & scandalosum, arg. c. *Non debet*, & ibi glos. in verbo, *in conscientiam*, 30. q. 1. Item si delictum sit conuictum seu iteratum saepius, arg. cap. *presbyter*, & ibi glos. in verbo, *captus est*, d. 81. & glos. in c. *primus*, in verbo, *Non emendauerit*, de Cler. percuss. Item si sit enorme, cap. *de penis*, Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 248. Panorm. ubi supra. Henriquez ubi supra. Item si habet in se infamiam iuris arg. cap. *inter dilectos*, de excess. prelat. & Ioan. And. in cap. 1. de accusat. lib. 6. in nouella, ubi vult, quod cum Episcopus ex hoc poterit deponi, allegat Iudices, C. de dignit. lib. 12. & l. infamia, C. de Decur. lib. 10. Panorm. in cap. *si Clerici*, nu. 31. & 34. & allegat. l. 2. §. miles, ff. de his qui not. infam. & d. c. inter dilectos, & quod leg. & not. in cap. *quere lam* de iniur.
- 36 *Quartum est*, Non statim ob tale crimen maximum deponendus est nisi sit incorrigibilis, arg. cap. *cum non ab eodem*, & ibi Panorm. nu. 28. de iudic. Summa Ateensis par. 2. lib. 7. tit. 17. articulo 6. Syluest. verbo, *degradatio*, quod est Simon Maiol. lib. 5. de irreg. cap. 29. nu. 4. Ad cognoscendum autem quis dicatur incorrigibilis, varios modos tradunt DD.
- 37 *Primo*, si reuertitur ad priora delicta, & in eis persistens, vel in alijs aequae grauibus.
- 38 *Secundo* est incorrigibilis, si assignatum locum persequitur deserat fugiendo.
- 39 *Tertio*, Si quis ter monitus non desistat a criminibus praeteritis, vel alijs similibus.

Quarto etiam in modo confitendi delictum suum, potest tunc talia verba dicere per quae appareat eum esse incorrigibilem, quia forte non ostendit se se penitere de delicto, sed potius dolere, quod non facit perfectius peccatum; Quae omnia colligi possunt ex Panorm. in cap. cum non ab homine, nu. 29. & Decio ibidem, colum. vlt. cum non ab homine, nu. 29. & Decio ibidem, colum. vlt. post Anton. de iudic. & Cardiu. in quodam consilio, vt refert Felin. in cap. Rodolphus, colum. 25. de rescript. Ioan. Bernard. Diaz in pract. Crimin. Canon. c. 131. & Simone Maiolo lib. 5. de irreg. c. 26. num. 4.

De modo, & forma procedendi in depositione, degradatione, & traditione Curiae seculari. Cap. XXII.

S Y M M A R I U M.

- 1 Ecclesia privilegij suis Clericos proternos, & incorrigibiles fouere non intendit.
- 2 Episcopus consecratus, & de crimine depositione digno conuictus, a duodecim Episcopis olim deponi poterat.
- 3 Episcoporum depositio hodie Summo Pontifici reservata est.
- 4 Episcopus non consecratus, sed tantum electus, & confirmatus, a quot Episcopis olim deponi poterat, & hodie deponendus sit.
- 5 Episcoporum cause criminales minores in Concilio Provinciali tractandae, & definiendae sunt.
- 6 Sacerdos, vt ab officio, beneficio, vel ab ordine deponatur, quis Episcoporum numerus requiratur.
- 7 Sacerdos, vt degradari possit, sex Episcopi, vltra proprium Episcopum, tam antiquo, quam iure nouo sicut necessarii.
- 8 Expensis proprii Episcopi ad alicuius degradationem venire debent.
- 9 Degradare constitutum in minoribus proprius Episcopus sine alijs Episcopis potest.
- 10 Degradatus quilibet siue in sacris fuerit, siue in minoribus tantum, sit infamis.
- 11 Depositus verbaliter adhuc Clericaliter viuere tenetur, nec statim in brachio seculari tradendus.
- 12 Degradatio Clericorum quot modis, & qualiter fieri debeat.
- 13 Degradatio actualis coram Iudice seculari facienda.
- 14 Index Ecclesiasticus pro degradato apud Iudicem secularem efficaciter intercedere debet.
- 15 Degradari, & iudici seculari tradi, ob quas causas aliquis debeat.
- 16 Haereticus relapsus, & impenitens, degradandus, & fornicariari tradendus est.
- 17 Fallaxius litterarum Apostolicarum degradari, & iudici seculari puniendus tradi debet.
- 18 Clericus contra proprium Episcopum conspirans, aut homicida, an, & quando degradandus sit.
- 19 Degradandus an sit Religiosus Abbatem, aut Prouincialem suum occidens.
- 20 Degradandus an sit Clericus in sacris existens regulariter ob homicidium qualificatum, dummodo incorrigibilis non sit.
- 21 Sodomita Clericus, aut Religiosus, an, & quando degradandus, & brachio seculari tradendus.
- 22 Privilegium an causa sufficiens sit, vt Clericus degradari,

& Curiae seculari tradi possit.

- 23 Schismaticus Clericus an degradari, & Curiae seculari tradi mereatur.
- 24 Homicida si Clericus sit, an, & quando degradandus sit.
- 25 Degradatus actualiter, si Sacerdos sit, consecrando peccat, verè tamen consecrat, sicut etiam Episcopus veros ordines post degradationem confert.
- 26 Clericus in sacris post degradationem matrimonium validè contrahere nequit.
- 27 Clericus in sacris post degradationem Horas Canonicas recitare tenetur.
- 28 Degradatus, cum officio & beneficio priuatus sit, an beneficij prioris fructibus alendus sit.

1 **C**um Ecclesia non intendat privilegij suis Clericos cofouere proternos, & incorrigibiles, statuit Celestinus Papa III. in ca. cum non ab homine, de iudic. Clericos incorrigibiles ab Ecclesiastico iudice primo verbaliter deponendos esse; ne tamen ad talem depositionis sententiam temere procedatur, modum quendam praescripsit, diligenter & cum maxima maturitate obseruandum. Vt autem res tota explicetur clarius, aduertendum est, vel agi contra Episcopum; aut contra Sacerdotem; aut contra Diaconum, aut Subdiaconum; aut contra Clericos in minoribus constitutos. Deinde vel agitur criminaliter, vel ciuilitate; De quibus omnibus quid dicendum, aut agendum, & quomodo procedendum sit, in sequentibus dictis ostendemus. Quorum

2 **P**rimum est. Si contra Episcopum consecratum criminaliter agatur, & crimen, de quo conuictus est, dignum sit depositione, olim iure antiquiori Metropolitanus illius Prouinciae cum alijs duodecim Episcopis vltra Metropolitanum conueniebant, qui duodecim à Metropolitanum eligebantur, vel ab ipso reo, si electos à Metropolitanum suspectos habebat, vt notant glos. in Summa, 3. quaest. 8. & clarius ibi Archid. Can. Duodecim. 5. quaest. 4. & in cap. Scirote, 6. quaest. 3. & 6. quaest. 4. cap. 1. 2. 3. & 4. & 9. quaestio. 3. cap. Saluo. Innoc. in cap. graue, numero 4. de praebend. Panorm. in cap. Non potest, nume. 5. de sent. & re iud. Alphons. Viuald. cit. numero 15. Gregor. Tholos. lib. 3. Syntag. cap. 30. numero 9. & videtur probari in cap. Felix Episcopus, 15. quaest. 7. & olim poterat Episcopus ab illis deponi, vt notat Panorm. vbi supra, ex cap. 6. quis Episcopus criminaliter, 6. quaest. 4. dummodo maior pars ex designatis Episcopis in sententiam depositionis consentiret, erant enim Iudices assessores, nò ordinarij, ex glos. in Summa, 3. quaest. 8. Panorm. in d. capit. Non potest, numero 18. Albertin. de Cathol. assert. quaest. 9. & Henriquez libro 13. cap. 55. §. secundo.

3 **D**ixi iure antiquiori, quia etiam iure antiquo, quamuis cognoscere poterant vique ad conclusionem cause, tamen definitio reservata fuit summo Pontifici, vt colligitur ex cap. accusatus, cap. discutere, c. Quamuis & c. Multum, 3. quaest. 6. Innoc. hoc insinuat in cap. Quod sicut, de elect. numero 4. & Archid. in cap. Si quis episcopus criminaliter 6. quaest. 4. & Panorm. in cap. Non potest, numero 5. & numero 14. de sent. & re iudic. & ibidem Felin. & Henriquez libro 13. cap. 55. §. 2. & nunc nouo iure Concil. Trident. tam cognitio causarum criminalium grauiorum contra Episcopos, quam earum conclusio Summo Pontifici reservatur, vt habetur in Concil. Trident. Sess. 24. de Reformat. capitul. 5. & docet idem Henriquez, vbi supra, & congregatio Cardin. interpr. Conc. anno 1585. Octobris 3. Quae autem dicantur cause grauiores, tradunt Iul. Cla. in Prac. Crim. in principio numero 9. Menoch. de arbit. libro 2. Centur. 3. Casu 266. & Lelius Iordanes, in libro de maioribus Ecclesiae causis, capitulo 1. & 2. Quod si causa eiusmodi sit, qua necessario extra Romanam Curiam sit committenda; nemin prorsus ea committi potest, nisi Metropolitanus, aut Episcopus à Papa eligendis. Haec autem commissio & specialis esse debet, & manu ipsius summi Pontificis signata, & sententia definitiva eidem reservari debet.